Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ueniet autem dies cum auferetur ab eis sponsus. et tunc ieiu
nabunt. Dicunt enim post resurrectionem dni quadraginta
illis diebus quibus cum discipulis postea legitur conuersatus non opor
tere ieiunare nec lugere quia in letitia sum. postea uero
quando tempus illud expletum quod xpus aduolans ad celos psentia
corporali recessit. tunc indicendum ieiunium est. ut per cor
dis humilitatem et abstinentiam carnis meretur ecclesia pro
missum recipere spm sctm. Tertium ieiunium est. quod iudeus
agebatur per tabernaculorum sollempnitatem. quod decimo die
septembrio mense ecclia celebrat. Hoc enim primum a dno
in lege institutum est dicente ad moysen. Loquere filiis
israhel dicens. Decimo die mensis septimi dies expia
tionis uocabitur sces erit uobis. et humiliabitis animas
uras in ieiunio. Omnis anima quecumque se non humilia
uerit in ipso die ieiunii. exterminabitur de pplo suo. et
omis anima que fecerit op in ipso die peribit anima
illa de pplo suo. Quo quidem ieiunio usos fuisse antiqs
esdre liber meminit. Postquam enim redierunt in quit
filii israel in terrm. et fecerunt sibi tabernacula. letitiam
magnam. de hinc conuenerunt in ieiunio in saccis et
humus super eos. et steterunt et efitebantur peccata sua.
et iniquitates patrum suorum. et esurrexerunt ad standum.
et legerunt in uolumine legis dni di sui quater in die.
et quater efitebantur et orabant dnm dm suum. Hoc
etiam mense septimo sol sed in copotum incipit minue